

III


I 141 ²

Theol.

R
2071

III, I. 141^a

1588. m.



BEATISS.

PATRIS NILI, EPISCOPI ET
martyris Theologi antiquiss, Sentē-
tiae morales e graeco in latinū versae,

Hic paucis redolet quicquid cecinere prophetae
Et lex. & quicquid sacra Sophia docet.

Biblioth.
Academ.
Dorpat.
No. 3889

fridericus Peypus
Nurembergae iterum
impressit.

Cum Reuerendus: & nunq̄ sine honoris præfatiōe mihi noīandus. Dñs Iacobus Bannifius. Cæsareæ maiestatis a Cōsiliis. & secretis. Decanus Tridentinus dignissimus. Codicem per vetustū. qui e miseranda græcia elapsus, captiuitatis iugum euaserat. per cōmunē amicum. Ioan nem Stabium. Imperialem Historiographum. & Mathematicum insti gnem. ad me misisset. egoq; leui transcurfu illum delibassē. sorte qua dam in beatissimi patris Nili. Episcopi & martiris Christi. sententiosa incidi dicta. Que cum nō minus bona fruge referta. quam tāto autore digna visa fuissent: ea in latinū vertendi cupido subiit. Cōmodū etenī redemptoris nostri salutifera instabant natalia: mihiq; aliquantisper a ciuilibus curis interinxisse videbar. Ideo quadriduanum illud tempus: quod diuinis sup̄abundaturum erat obsequiis. huic tam pio operi impendēdum esse censui: nec voto euentus defuit: negociū enī aggressus. inter præscriptum tempus: nō tam elegantix quā veritati studens. absol ui. Ne igitur mea suauissima Clara, semper matri abbatissæ. & cōmu ni sorori nostræ charitati optimæ. (pbato illo Hesiodi æmulatiōis ge nere) inuideres: hæc tibi destinare volui xenia. non qualia cæca gentili tas. Saturnalib; mittere cōsuevit diebus. Sed quæ christianæ pietati ob verbum incarnatum. admodū conuenirēt. Accipe igit̄ adamata foror. munus existimatione mea haud contempnendum: nō secus ex vera & Theologica philosophia. quam aurum. thus. myrra ex sacris magorū thesauris olim depromptum. cunq; sis virginalis chori institutrix: tam præsentaneum contra vicia remedium. teneris adhuc mētibus instilla. id si feceris. senties profecto. tam generosum semen. fructum debitum suo tempore producturum. Vale iucūda mea Clara. itaq; filias instrue nostras. vt claritatem si minus nomine. attamen te ipsa. quandoq; adis piscantē. Ex Edibus nostris quarto Kalendas Ianuarii. Añō salutis nr̄e.

M.D.XVI.

4-III A

3297

505 97243

Sententiæ beatissimi patris Nili Episcopi et martyris.

- ¶ Timorem pariter & desiderium erga deū habere ne cesse est. erga homines vero cunctos puro consciētia testimonio vti decet.
- ¶ Deum ipsum in singulis quæ agis. semper præsentem esse existima.
- ¶ Laudem fuge. at vituperii te pudeat.
- ¶ Cum virtuose quid agis gaude. Ideo tamen te extolle re noli. ne in portu naufragium accidat.
- ¶ Quanto magis in lege proficies. tanto plus ad perfe ctionem tibi deesse intelliges.
- ¶ Vniuscuiusq; rei. ante principium finem exquire.
- ¶ Die ac nocte vltima tibi corā oculis versetur hora. & nullum vitæ desiderium ad terrena te detrahet.
- ¶ Cum eo homine. a quo bonos abhorrere cernis. nullū tibi sit commertium.
- ¶ Nemini siue dictis. aut factis. vel studiis tuis. nocere velis.
- ¶ Ob ea quæ in præsentī vita florida esse vident̄. ne lete ris. Nam graminis flos. & si leuiter atrectet̄ tabescit.
- ¶ In aduersis gratias age. & iugum tuum leue erit.
- ¶ In tentationibus sis cautus. quamplurimos enī maiorū redarguerunt.
- ¶ Dei tolerantia ne incusa. cōmune etenī est pharmacū.
- ¶ Scelera odio psequere. sed ppter ea deū incusare noli.
- ¶ Recte agere potius. q̄ alios reprahēdere conemur. nā & multa in nobis existunt quæ ab aliis taxari queant.
- ¶ Assidue psalmis incumbas. deus enim nominatus de mones expellit.

Oratio cum sobrietate fiat, ne deum in his quæ respus
it placare conemur.

Semp mēs deo inhæreat, cœlestisq; tua fiat cogitatio.

Oculos refrena, nam cū haud aduertis circūflectunt.

Linguā coherce, sapi9 enī pferit quæ faci9 est calare,

Legis meditatione intellectus agrū colito, id si frequē
tabis, cogitationes peruersas extirpabis.

Virtutes calare, at vitæ testes multos acqrere memēto.

Carnis voluptates odio prosequere, nam corporis sor
des, animam quoq; inficere solent.

Ventri quantū indiget, non quantum cupit impende.

Delicias ne amplectere, amorem enim præsentis vitæ
conciliant, verum dei odium generant.

Vitæ gaudia fuge, nam labilia cum sint, in eis exultan
tes deserunt.

Diuicias si possides distribue, sin min9, haud collige.

Ieiunia armaturam, orationem muros, lachrimas, ve
ro balneum existima.

Exitus nouissimi cum gemitu recorderis, hinc enī ani
mæ compunctio oritur assidua.

Pauperes foueto, illi enī iudicē nobis placatū reddūt.

Sanctis necessaria communicato, per illos enim nobis
cum deo fit conciliatio.

In ecclesia non secus ac cœlo versare, ideo in ea nil lo
quere vel cogita terrenum.

Vt contenti sumus necessarium existima, sic enī deo no
stri curam iniungimus.

Carnem tuā sanctis afflige laboribus, verūtamen pe
nitus eam domari posse haud existimes.

Vino vttere moderate, quemadmodum enim ingurgi
tatum haud mediocriter offendit, ita temperate haultū
bibentem corroborat.

Iram compeſce, nam cum modū exceſſerit inſaniæ ſſā
ma exiſtit.

In valitudine aduerſa, oratione primo, inde vero medi
cis ac pharmacis vttere.

Sacerdotes oēs honora, cū bonis vero tantū cōuerſare

Dei domum venerare, at dei domū cōſtruere ex teipſo
adnitere.

Eccleſiam frequentato, a motibus enim ac perturba
tionibus exterioribus, nos liberare ſolet.

Cum oīa terrena ſint fluxa, ne te pturbēt euanida.

Quotienſcunq; te voluptatis inuadit affectus, turpitu
dinem humanam, offenſamq; oppone diuinam.

Præcipue auditum ac viſum munire memento, potiffi
mum enim illac maliciæ tela penetrant.

Cum oraſ ad deum mentem attolle, q̄ ſi inde exorbi
tet, iterum colligere ſtude.

Senſus haud vnq̄ definit cogitationes generare, at tu
prauas expellere, bonas vero fouere aſſueſce.

Humilitate gaude, nam ex ipſa decidere haud pote
ris alte.

Labori ita eſt incumbendū, vt motus carnales comprī
mi valeant, at cū egritudo incubuerit, corpus reſtaurā
dum erit, vt ſanitatē adipiſcatur, non eneruet deliciis.

Cogitationes prauas, aliis cogitationibus, verum bo
nis depelle.

Decorem cœleſtium conſidera bonorum, & rerum ter
renarum deſiderio non capieris, nec aliquid earum tibi
iucundum erit.

Cum deum humiles exaltare, potentes vero deprime
re cernis, non tantum deo, quantum hominibus id acce
ptum refer, quib9 haut tutum eſt mediocritatem ſuper
grediendo attolli.

- ¶ Cogitationes prauas, diaboli semen existima. sic enim ille desinent, scelerumq; sator confusus recedet.
- ¶ A risu immoderato abstine, nam animam eneruat, legis quoq; frenum laxare conatur, ni tempestiue remedium adhibeatur.
- ¶ In opera, & orationes, animā diuidere oportet. Ita enī haud multos in nobis introitus diabolus inueniet.
- ¶ Opus esse non mediocre, legis meditationē existima, nam cū lingua menti concurrat, haud vulgaris in libris labor peragitur.
- ¶ Cum operi manum adhibes, lingua cantet, mens uero oret, deus enī a nobis ut sui memores simus exigit.
- ¶ Omne opus oratione signato, potissimum uero illud, cui cogitationes esse uides circumfluas.
- ¶ Si manuum tuarum opera diuina fieri cupis, partē ex iis indigentibus distribue.
- ¶ Sanctorum gaude colloquio, per ipsos enim deus tibi manifestatur.
- ¶ Vere sanctos ab operibus dignosce, a fructu enim omnis discernitur arbor.
- ¶ Semper quid lucri, ex sanctorum speculatione consequi adnitere, formam quoq; & aspectum eorum observa, ambo etenim prodesse solent.
- ¶ Innocentiam in corde, castitatem uero in corpore exerce, utraq; enim dei templum edificat.
- ¶ Ita tui corporis templum custodi, tanq; ipsum cōstruxeris, de illoq; diiudicaturus, imaginisq; ipsius, momentis singulis rationem redditurus sis.
- ¶ Secularium conuersationes, mentem, ac cogitationes a deo seperant, ideo seculares ne crebro alloquere, alloquentes uero declina.
- ¶ Cū conuicio afficeris, considera, num rem aliquam cō-

uicio dignam perpetraueris, q; si infontē te esse cognoueris, conuicium fumum existima.

- ¶ Cum tibi iniuria accidit, ad tolerātiā cōfuge, iniuriarū uero nocumentum, iniuriantes prosequetur.
- ¶ Cum audis diuitias, gloriam, seu temporalem potentiam laudibus extolli, quam labilia hęc sint considera, sicq; illecebras efugies.
- ¶ Tribulationes patienter sustine, inter eas enī uirtutes, quemadmodum inter spinas rosę germinant.
- ¶ Nullam rem uirtute præciosiorem existima, nam cum imago dei sit, quęadmodū & ipse immutabilis existit.
- ¶ Peccatorem fortunate agentem luge, iusticię enim gladius extensus, capiti illius iminet.
- ¶ Matrem uiciorū segniciem putato, quę enim possides auferre solet, que uero non possides, ne ea consequaris prohibet.
- ¶ Cum quis peruerse agit, nec tamē pudet, graui est sauius uulnere, ac de illius salute desperatum est.
- ¶ Vitę cōsidera inconstantiam, nilq; a uero tramite te deflectere poterit.
- ¶ Terrenis ac fluxis deliciis ne oblecteris, animā enim (tanq; hamus pisces) inescatam decipiunt.
- ¶ Temptationes declina, ingruentibus uero uirilitem ostende.
- ¶ Pauperem lachrymantem ne despicias, ne & tuę precēs lachrymales, quandoq; despiciantur.
- ¶ Philosophia præcipua est hominibus possessio, at cū sit unigenita, sola, a solo possessore intelligi dignatur.
- ¶ Indumentum dei est uirtus, hanc contexe, & fiet stola qua tu, qui eam confecisti, dei instar amicitii poteris.
- ¶ Quę in terra furari possunt declina, cęlestia uero operare, nā illa prædonū manibus eripi minime possunt.

- Delicias expellere oportet, ad opera enim perducunt, ex quibus suspiria, postquam ad se reuersus homo fuerit oriuntur.
- Cogitationes carnales abominari conuenit, corpus enim corrumpunt, animam vero inquinant.
- Neque bona terrena absque laboribus acquiruntur, cur igitur celestia propter labores declinamus?
- Cum virtutis te labor affligit, cogita quod labor est temporaneus, merces vero æuiterna.
- Qui voluptatibus obscenis detinetur, quam breui illis frui concedatur, quam diu vero poenas ac supplicia ob eas expensuri sint cogitent,
- Quantum vita sordidior, tantum anima est bestialior, merito itaque rationale, tanquam seipsum puniens deplorandum,
- Cuncta corruptioni subiacere existima, virtutem vero solam corruptionis expertem.
- Quæ hominem ratione priuare solent, cuncta fuge, ea vero quæ celesti semine te defluxisse, ostendere valet, perage,
- Si ventri imperabis, impera & linguæ, ne seruituti huius subiaceas, illius vero libertate inutili exultes.
- Deum ama, nec illi domesticos præfer, ne & tu ipsius, iuxta vocem eius, indignus, cum non volueris inueniaris.
- Fortiter tribulationes perfer, eis enim qui in illis decerant, coronæ plicantur.
- Beatus qui malum patitur, infelix vero qui facit. Nam patiens Christi hæres, at facies diaboli coheres esse deprehenditur.
- Bonus ieiunii panis, quandoquidem a voluptatum fermento liberat.
- Orationis vis sancta ad nos enim sanctum sanctorum pertrahit.
- Netibi iusticia absque virtute consistere videatur, nam sine ipsa omne opus immundum est.
- Si pauperibus seueris, quæ tua sunt semina, nam alie

- na zizaniis sunt amariora.
- Cecus est misericors, nisi & iustus, agrum enim colit, quem metere nequit.
- Mortem semper expecta, non tamen timeas, vtrumque etenim vera philosophiæ est character.
- Virtutem planta, non ut homines decipias, sed ut videns tibus vtilitatem afferas.
- Honeste, etiam non honesta agentem, loqui decet, ut opera bona incipere discat, cum verborum turpius eum pudeat.
- Si coelum desideras, nil tibi cum terra, haud enim illa ad illum tendere permittit.
- Ne velis ditari ut pauperibus inde beneficias, deus enim iustum ex hiis quæ possidet, misericordiam exercere opera sancit.
- Si potus aquæ frigida iustificat misericordem, quam retributionem pauperibus denegantem manere existimas?
- Matres virtutum castitas & compassio, quo pacto igitur sine vna vel alia christo militare poteris.
- Ne compassionem negliges, illa enim ex coelo nobis salutem nostram detrahit.
- Noli contemnere castitatem, nam illius organum, creatorem carnem factum hominibus exhibuit.
- Ne dicas ex inimicis ultionem summam, iustum enim iudicem in coelis habebimus.
- Nec diuicias, neque delicias, siue gloriam appete, hæc enim corruptiones sunt vitæ, nos vero corruptibiles haud sumus.
- Mortuum ne luge, communis etenim est via, & beatus qui præcessit.
- Peccatam luge non pauperem, coronabitur enim iste, ille vero plectetur.
- Vitæ cursum inordinate rotantem deride, at sortem ad quam dormientes in illa, deuoluit, caue.

¶ Deo loquere multa, hominib9 vero pauca, at legis meditatione vtraq; recte dispones.

¶ Balneū animæ bonū, oratio est lachrimosa, at cum oratione memor sis, cuius rei gratia lachrimas effundis.

¶ Seculi principes ne beatos existima, potētes enī cum potēter præsint, ipsi quoq; iudicē austeriorē habebunt.

¶ Filii Adā cū simus, vt laborem9 est necesse, nā si hic laborabimus, in futuro seculo retributionē lucrabimur.

¶ Cum Eua prognati sumus, necesse est vt affligemur. verum si iucunde tribulationes sustinemus, in benedictionem nobis maledictio vertetur.

¶ In rebus gerendis conscientia p lucerna vttere, hęc enī quid nā in vita bonū, pariter & quid sit malū ostēdit.

¶ Nos ipsos diiudicemus & iudex placabit, vt bonus enī gaudet, cū peccatorē onus suū discernentem videt.

¶ Si lordidū quid a nobis commissum est, pœnitētia abluatur, imaginis enī nostræ puritatē imitari tenemur.

¶ Priusq; animæ denudentur vlcera, lachrimis sunt curāda, vt pharmaco isto pœna valeat euitari.

¶ Quemadmodum vinculis astricti grauitur incedunt, ita negociis implicati secularibus, virtutis cursum pure perficere haud valent.

¶ Oportet peccatum odio habere, ita enim ipsius laqueus priusq; perdat euitatur.

¶ Qui peccatum non odit, inter peccatores, & si peccatū non committit iudicabitur.

¶ Ob proximi peccatum tanq; tuum suspira, quādoquidem omnes peccatis sumus obnoxii.

¶ Cum pximū affligi cernis, iudicis reminiscaris, & tuū vulnus curabis, consilii etenī pharmacum cōmune est.

¶ Cum quid dicere seu facere intendis, prius excusationem, quā paulo post, prætendere conaberis, perpende

timoreq; delictū corriges, & modestius in cūctis ages.

¶ Timor pariter ac pudor a peccato te absterreat, quāuis difficile sit his vtrisq; recte vti.

¶ Quotiens tristitia affligeris consydera, quanta bona sanctis præparata sint, indeq; fruct9, gaudium scilicet spirituale, tibi nascetur.

¶ Fidelem erga omnes humiliari decet, coram quibusdā enim solum humilitatem præ se ferre, potius ficta, quā vera humilitas esse redarguitur.

¶ Nil te a proximi amore deterreat, præterq; si dei amor ledatur.

¶ Nemini contra dei legem auxiliū, seu præsidium feras, absurdum enī quempiam huic digniorem censere,

¶ Malis patrociniū ne præstes, q; si secus feceris, nō solum scelerum adiutor eris, sed & peccati cōmunionem inquinaberis.

¶ Peccantem admonere, priusq; accusare velis, contumelia enim posterior, compassio vero prior.

¶ Sanctos semper audire vel alloqui stude, ad bonū enī zelum animam excitant.

¶ Mentem propriam vnusquisq; ecclesiæ loco domi habeat, ibiq; veræ ecclesiæ sacrificia peragat.

¶ Si in ecclesia congregatio peragitur, tu quoq; interesse velis, quod si non peragitur, tu concinens apostolicum euangelium versare.

¶ Veram virtutis gloriam, eam quā sancti possident arbitreris, etenim immortalis cum sit, post vitæ præsentis occasum permanet.

¶ Tum maxime odio maliciam habebis, cum illam fulgurantē demoniorū sup nos gladiū esse considerabis.

¶ Si erratē redarguis, compassionis, benignaq; cōmiserice verba, & aures emolliētur, cor vero illuminabitur.

¶ Cum sanctis loqueris, que spiritus sunt loquere, quibus tamen vita tua manifeste conueniat, sic enim virtutes celantem exhilarabis.

¶ Quemadmodum neque virtutes, ita neque vicia absconsa remanere valent.

¶ Semp opera bona plane perficere studeamus, ne quandoque emigrantes, ea imperfecta relinquere cogamur.

¶ Ita curras ut vincas, hoc est indefinenter per virtutis enim semitam currere oportet, donec vitæ stadium exuperemus.

¶ In virtutis questu negligens ne fias, ne inanis labor labori accumuletur.

¶ Patientiam ad necessitatem exerce, ut in ea necessitatis tempore, omnem armaturam præparatam inuenias.

¶ Inordinatis resiste cogitationibus, ac illis per ea que in lege continentur responde.

¶ Diligentia multa, a rebus terrenis oculos contine, ex illis enim fumus oritur, qui animam fuligine denigrare solet.

¶ Si consuesudine aliqua praua detineris, eam paulatim rescinde, & sine labore ab anima spinas extirpabis.

¶ Pure deum cum purus sit, dilige, mundi que negotia secundaria arbitrare.

¶ Nil philosophia gloriosius puta, nam cum mater legis sit, regni quoque dei consors existit.

¶ Si dei templum esse desideras, sacrificium orationis assidue offer.

¶ Præue viuentem ne consule, qui enim malis gaudet, bona consulere non valet.

¶ Ab omni corruptioe abstine, mysticeque cenæ quotidie particeps fias, ita enim Christi corpus in nostrum mutat.

¶ Cum a deo corripis, ne murmura, nam ut pater castigat, ideo tanquam beneficiens gratiarum actione dignus existit.

¶ Si contumelia afficeris gaude, nam si iniuste, copiosa

erit retributio tua, si iuste & respicietis, flagellorum peccatum euitabis.

¶ Quæ tristitia & hilaria in vita accidunt humana, vmbra fumo, & rotæ equipara, tanquam enim vmbra haud permanet, & veluti fumus euanescent, instarque rotæ vertuntur.

¶ Si omne peccatum superare cupis, rebus alienis operam ne impende.

¶ Homo cum sis superbiam fuge, & si ditissimus existas, ac nunquam deum oppositum habebis.

¶ Cum in dei existis domo, ne eleueris, nam & qui regionibus coram astant, neque superbiunt, vel se iactant.

¶ Vitam propriam ne despice, nec præter legem quid inconsulte perage, ut non præter legem quoque perniciem incurras.

¶ Alieno infortunio ne arrideas ne & tu cum haud velis ab aliis irridearis.

¶ Semper in operibus bonis ulterius procedere cura, nam si minutum minuto accumulaueris quotidie, breui diuitias ab omnibus expetendas congregabis.

¶ Ad virtutem via bona & compendiarum, vitæ secularis est fuga.

¶ Admonitiones istas obserua, ut coronam tibi neccas non perituram.

¶ Qui incorruptibilium tenetur desiderio, nullius momenti corruptibilia censere debet.

¶ Si vitam expetis sempiternam, humanam mortem semper expecta.

¶ Odio presentem vitam prosequere, quam inordinate enim ipsius versetur rota, cernis.

¶ Ea bona quorum usus labitur, possessioque corrumpitur ne appete.

¶ Fortunate agentes ride, infortunatis vero condolere, illud enim philosophia est documentum, hoc vero miscere indicium,

¶ Cunctis rebus anima præferatur, virtutisq; cursus indefatigate consumatur.
¶ Omnia terrena sunt corruptibilia, aia vero est immortalis, q̄ propter immortalia corruptibilibus anteferre decet.
¶ Fortiter perfer aduersa, & consequeris æterna.
¶ A deo ne pete accepta, sed tantū vtilia, illa etenī si petes haud concedentur, vbi vero consequeris officient.
¶ Paupertatem incusare noli, immobilem enī legis atheniæ letam constituit.
¶ Diuiciis ne exultes, illarum etenī curæ, vt plurimū hominem a deo separant.
¶ Supplicium si cupis euitare ærumnosum, nulli vnq̄ conuicieris, in talibus enim numen irritatur.
¶ Si a te cunctā aduersitatē repellere intēdis, pximū tuū maledictis haud incesse, ne ille quoq; cōtra te incitet.
¶ Humilitatem, & si magnus existas, dilige, vt in die iudicii exaltari queas.
¶ Nemini detrahare velis, & ī vniuersa vita tua nullum inimicum habebis.
¶ Puram amplectere vitam, vt cum securitate peccantibus obuiam ire possis.
¶ Ne temere quempiam increpa, ne ab hominibus arrogantiae inculperis.
¶ Prope est finis o piger, accingere ad iudicium.
¶ Cum verum tempus sit breue, animæ agrum a spinis purgare non differamus.
¶ Quamuis nil iudicem lateat, tamen quotidie tanq̄ latere possimus peccamus.
¶ Et si homines opera tua haud cernant, angelorū tamē verecundia ducaris, multi etenī nobiscum versantur, & a cunctis prauis se auertunt operibus.
¶ Qualem libram iudicis subiturus sis, assidue medite

ris, & quicquid in vita tua adulterinū erit emendabit.
¶ Ocium & intermissionē damnosam arbitrare, igit̄ semper aliquid perage, cuius rationem possis reddere.
¶ Bonorum futurorū multitudo, pulchritudo, & magnitudo est inexperta, at præsentia, vmbra, fumus, bulla.
¶ Maligna ne semina, ver etenī propinquum cū sit, spinarum agricolam excipiet ignis.
¶ Tanq̄ rosa in vita, Hypocritæ, auari & voluptuarii, verū parumper sustine, & gramen videbis conculcatū.
¶ Omne opus malum, cōtra nos diabolus armat, armatus vero, grauit̄ contra armantes insurgit.
¶ Vis inimicum exarmare, peccatum absconde.
¶ Hæc obserues præcepta, vt te hominibus clarum reddant, acceptū vero deo, illis enī numen gaudet, talibusq; virtutis colitur operibus.
¶ Ve impio, quia cum illuminabuntur omnia, tum ipse solus obscurabitur.
¶ Ve blasphemo, nam lingua eius ligabitur, & quo pacto iudici loqui poterit?
¶ Ve iniusto, ad iudicem enī austerum, & iustū legistatorem perget.
¶ Ve auaro, quia diuitie ipsum fugiēt, & ignis suscipiet.
¶ Ve secordi, queret enī tempus q̄ male consumpsit, & querens non inueniet.
¶ Ve superbo, nam cum sepulchrū ingrediet, quis nam sit intelliget.
¶ Ve scortatori, quoniā stola eius nuptialis sordebit, exregiisq; nuptiis turpiter eiicietur.
¶ Ve cōuicatori, & cum ipso ebrio, cum mæchis enī cōstituentur, & cum homicidis punientur.
¶ Ve delicatis, nam tempore exiguo, tanq̄ vitulus iugulandus saginantur.

¶ Ve hypocrita, quia pastor suum esse negabit, & iudex eum lupum esse demonstrabit.

¶ Beatus qui per angustam incedit semitam, coronatus etenim caelorum regnum ingreditur.

¶ Beat⁹ qui voluptates calcat, nam coram illo daemones tremant.

¶ Beatus puro corde, & anima simplici, iudicare enim dignus est mundum, & non ipsum mundus.

¶ Beatus vita sublimis, humilis vero prudentia, christum enim imitatur, cui & assidebit.

¶ Beatus a cuius lingua lex non recedit, ab huius enim tabernaculo deus non separetur.

¶ Beatus qui multis benefacit, iudicandus enim multos inueniet aduocatos.

¶ Beatus qui virtutem non corrumpit, in iudicis enim ventilabrum haud incidet.

¶ Beatus qui virtutes exornat proprias, antequam accendatur ignis.

¶ Beatus qui ad vitam sempiternam festinat, praesentia enim corruptiones esse, ad mortemque trahentia intelligit.

¶ Beat⁹ qui mala abigit, purusque cum puro coglutinat.

¶ Beatus qui audit, & custodit admonitiones istas.

¶ Beatum enim est timere dominum, & solícite cogitare diem illam, cum occulta cuncta manifestabuntur, & quid facient negligentes: cum nullam amplius utilitatem poenitentia afferet.

¶ Hortor igitur omnes, ut his dictis mentem adhibeant, gnauiterque perpendant, qua nam lance eorum facta paulo post expendi debeant.

¶ Finiunt Sententiae morales beatiss. patris Nili, Episcopi & martyris gloriosi,

EX SANCTISS. PATRISS IOANNIS DAMASCENI SERMONIBVS,

¶ Octo sunt passiones quibus admodum (praecipue spirituales) impugnantur homines, gula videlicet, turpi concupiscentia, auaricia, ira, aduersitate, accidia, vana gloria, & superbia.

¶ Haec itaque vicia discerni, & summa diligentia cognosci debent, ut cum aliquo illorum tentatur homo, semper arma quibus se munire possit praeparata habeat.

¶ Si gula impugnaris, ventrem coherce, numero & mensura cibis & potus summas, animae separatio a corpore, iudicium venturum, & horrenda gehennae flamma, pariter & regni caelestis desiderium, assidue coram oculis obuersentur, sicque ventris opprimetur voluptas.

¶ Si turpis & carnalis te male vexat concupiscentia, illam vigiliis, labore, orationibus, & inedia expelle, proderit & mortis meditatio, mortiferique gaudii supplicium, ac sexus alterius declinatio.

¶ Auaricia vincit liberalitate, & rei pecuniariae contemptu, pariter & cogitatione illa, quae ob auariciam dominum & magnum Iudas tradidit, & quae omnis auarus a scriptura diuina idolatra vocatur, quodque pecuniis ad breue tempus frui datur, morsque amara vitam acerbam auari sequatur, quae propter si nil ultraquam sufficiat queratur, passio haec euitatur.

¶ Si aduersitate aliqua perturbaris, ora, & spem cunctam ad deum dirige, vitam & passionem christi, nostraeque imbecillitatem naturae contemplare, praesentia cuncta ut vana despice, gratiam caelestem, & iustorum fruitionem venturam propeinde, id si feceris nulla iniuria seu contumelia contristaberis, sed solum dei offensio te perturbabit.

¶ Si te ira extimulat, mansuetudinem indue, & ad psalmos

rum decantationē per fuge, malum in bono vince, maiori cede, & qualem perfer, minori parce, prudētēq; concordia cum omnibus exerce hominibus, memor quam mansuete agnus innocens ad mortem deductus est.

¶ Si accidia infestaris, te ipsum laborando, meditando, orando, & legendo, excita, spes firma te instiget, vt considerare possis, quātū inter frigidam pigriciam & calidum intersit feruorem, quorū vnum a ventura separat gloria, alterum regni cœlestis te hæredem creat.

¶ Quod si vana temtaris gloria, te ipsum scrutare, nilq; ad laudem seu demonstrationem perage humanā. Sed omnis opatio tua in occulto fiat, nemine præterq; deo solo vidēte, ad quē vniuersa referantur opera, hominū laudes, honores, prælationes & similia cōtemne, & magis amplectere, si te accusant, & cōtumelia afficiāt, mētientes & odio habentes peccatores.

¶ Si a demonica & pessima supbia oppugnaris passione, neminem iudica, sed solum te ipsum circūspice, & cognosce, humilem te coram deo ostēde, & inferiorē omnibus te existima hominibus, audaciā & animi tumorem reiice, ieiuniis, orationibus, vigiliis, insiste, & cum te quid recte facere contigerit, non potentia tua illud ascribe, sed diuinæ pietati id totum acceptum refer, simplex & recta sit tua cōuersatio, nec aliud in corde, aliud in ore habe, dolosum etenī est, proin omnis animi elatio lachrymarum fonte extinguatur.

¶ At turbæ viciorum vniuersæ, resisti poterit, si semp & assidue homo cogitauerit, deum operū suorū inspectorem, angelum custodem, virtutis nobilitatem, voluptatem momētaneam, peccati spurcitiē, vitam labilē, mortem incertam, gaudiū seu cruciatū sempiternum, puræ conscientia pacem, hominis dignitatem, dei beneficiū,

& sup omnia, christi vitam, mortem, & crucem, quæ enī & qualis vita, si vix homo ex sepulchro progressus, rursus ad sepulchrū pgit, & demū in ppetua gehenna flamma sepelitur. Deum igitur amemus, & præcepta sua ita obseruemus, vt exanclata hac fragili & misera vita, ad perpetuā beatitudinis gloriam fœliciter puenire valeamus, fiat, fiat.

BILIBAL. SORORI.

¶ Ne soror optima chartæ iactura fieret. Sāctiss, patris Io. Damasceni contra vicia armaturam pariter cōuertī. hisq; beatiss. Nili sentētis coniunxi, ad laudē & honorē dei opti, ac max, necnō gloriosiss, matris eius virginis intemeratæ, ac sanctorū omniū, vtilitatemq; legētium cūctorum, a quibus pio cordis affectu postulo. vt (si saltim bis tam salutiferis moueantur præceptis) mihi laboris mercedē, angelica salutatione, & fausta præcatione persoluere dignentur.

SOLA VIRTVS CORRPTIONIS EXPERS.

Et sup omnia christi vitam, mortem & crucem, que eius
et qualis vita, si ex homo ex seipso progredias, tunc
sua ad seipsum agit & dicit in seipsum quodam hanc
ita seipsum. Dum igitur quibus & propter sua ista
oblationes, ut exaltata hanc seipsum & missis vita ad
perpetua beatitudinis gloriam colitur, quare valeat
misa, fiat, fiat.

BIBLIASORORI.

De soror optima chara in christa sicut sacris pariter
Jo. Damasceni contra vicia amantiam pariter conuenit.
hinc beatus. Nihil minus conuenit, ad laudem & honore
dei opti ac max, necno gloriosis, mans eius virginis in
temeritate, ac sancti omniū, utilitatem legentium eius
chorum, a quibus pio cordis affectu posulo, ut si saltem
sua tam libenter mouerentur, ut seipsum, ut in laboribus
incedat angelica saluatore, & sancta precatione per
solere dignentur.

SOLA VIRTUS CORRUPTIONIS EXPERS.

T. 141. 22